



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 44. Rex unacum Duce vix non a Leodiensibus captus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

§. XLIII.

*Regis libertas duris conditionibus  
redempta.*

Sæcul. XV.  
A.C. 1468.

Cunctis rebus adeo sinistre succedentibus necesse fuit, ut Galliarum Rex libertatem suam novo pacto redimeret. Igitur utrinque sancitum I. Rex retenta Normannia Bituricensi Duci Campaniam & Briam cedet; II. Burgundum unacum copiis, quotquot Duci præscribere placebit, Leodium usque comitabitur, ut ipius testis esset severæ castigationis, quam infelix iste populus subire tenebitur. His pactis utrinque firmatis Rex a Leodiensium foedere recedere, ac promittere jubebatur, quod initæ pacis conditiones inviolabili fide servare velit, in cuius fidem jusjurandum super brachio S. Lautonis, & salyficæ Crucis reliquiis, quas Ludovicus secum attulerat, præstare compellebatur. Posthaec excubiis ab arce amotis, Britanniæ ac Bituricum Duces de tota rerum serie confestim edocebantur.

§. XLIV.

*Rex unacum Duce vix non a Leodiensibus captus.*

Postera die Dux cum exercitu suo in Leodienses movit, atque ad urbem castra



Sacul. XV. castra posuit; Cives, cum omni alio,  
A. C. 1468. quam praeter solam pertinaciam suam  
præsidio destituti essent, opem in tem-  
rario quodam ausu quærunt; quippe sex-  
centi eorum ad quævis audenda parati  
per cavatam quamdam viam clanculo  
penetrant, eo consilio, ut Regem, atque  
Ducem, expugnatis eorum domibus, vel  
neci traderent, vel carceri manciparent,  
interea vero ceterorum civium agmina  
eruptionem simularent, atque aliam sta-  
tionem oppugnarent, hocque stratage-  
mate hostem ab illis averterent. Verum  
audax eorum consilium eventus fefellit;  
cum enim Alensonii, & Credonii ædes,  
quibus Regis Ducisque Palatia adjace-  
bant, perfringere aggredierentur, Regii sa-  
tellites ad insolitum strepitum excitati  
nulla cunctatione ad arma convolant, &  
irrumpentium ausibus obsistunt. Rex  
quoque, qui paulo ante cubitum iverat, a-  
lacri animo lecto exiliens, arma corripit,  
Duxque galea, atque thorace munitus  
invicto robore duodecim aut omnino  
quindecim armatorum impetus solus su-  
stinet, donec suis in auxilium curren-  
tibus periculum evaderet. Sinistrum  
hoc primi furoris fatum omnem insidia-  
rum fabricam a sexcentis illis Leodien-  
sibus constructam evertit; Hi enim, si-  
recta Regis, Ducisque diversoria invasis-  
sent, eos vestibus quidem indutos, sed in  
stratis

stratis suis inermes intercepissent modi- Sæcul. XV.  
co indulgentes somno, eo fine, ut altera A.C. 1468.  
die, quæ erat trigesima Octobris, vigiles  
excubarent ad decretoriam Leodiensis  
urbis oppugnationem.

§. XLV.

*Leodiensis urbis aggressio, & Regis  
reditus Lutetiam.*

Dux, priusquam urbis Leodiensis oppu-  
gnationi initium daret, Galliarum  
Regi significari jussit: Namurcum duran-  
te expeditione bellica, si vellet, recede-  
ret. Huic reposuit Rex, quod derelictis  
suis sociis pericula declinare minime  
assuetus esset. Evidem Leodienses  
diem Dominicam mutuis cædibus pollu-  
tum iri haud credebant, nihilominus  
Burgundiones eadem die undique in ur-  
bem impetum faciunt, necnon die ad  
meridiem vergente muros condescidunt,  
urbemque infestis armis ingrediuntur,  
conclamantes: *trucidate, impune jugula-*  
*te illos;* nulos enim invenerant, qui eis  
resisterent; eoquod Civium quamplurimi  
per pontem Mosæ flumini impositum in Ar-  
duennam silvam, ubi tamen potior eorum  
pars fame sitique periit, fuga dilapsi es-  
sent, alii vero vel in sacras ædes se re-  
cepissent, vel domi sese occultassent.  
Tandem tota urbs militari Victorum li-  
centiae